



INDEX
PRAELECTIONVM

A
PROFESSORIBVS PVBLICIS
ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS
PER ANNVVM INSTANTEM
HABENDARVM.




PVBL. D. 3. APR. 1787.



ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS,

INDEX
PRÆLECTIONUM
A
PROFESSORIBUS FACULTATIS
ACADEMIAE ROSTOCKENSIS
PER ANNUM INSTANTEM
HABENDARUM.



PAUL. D. 3. APR. 1787.

ROSTOCKI
LITÆRIS ADPÆRIJIS



**IN FACULTATE
THEOLOGICA.**

JOACHIM HARTMANN, *Consist. Duc. Consil. Phil. et S. S. Theol. Dr. et P. P. O. Fac. Theol. Sen. et Dec. atque ad Aedem div. Nicol. Pastor,*

I. Per instans semestre aestivum operam navabit praelegendo

1. Collegio Biblico in omnes Libros V. T. Canonicos, secundum b. ARPINI *Tab. Oecon.* hora X — XI. matut.

2. Collegio Theologiae Dogmaticae secundum S. R. CARPZOVII *Librum doctrinalem Theologiae purioris,* hora XI — XII.

VI

) 3

3. Col.

3. *Collegio Exegetico* in Epistolam ad Romanos divi Apostoli Pauli, hora V — VI. pomeridiana.

4. *Collegio Disputatorio* super theses Theologicas die Mercurii et Saturni, hora III — IV. pomeridiana ventilandas.

II. Per semestre brumale exponendas offert scientias

1. *Critico-Historico-Exegeticas* sacri Codicis N. T. secundum meditata propria, hora quidem X — XI. matur.


2. *Theologiae Dogmaticae* priori semestri inchoatas, per instans semestre hibernum continuandas, hora XI — XII.

3. *Theologiae Polemicae*, Socinianis, omnibusque cum ipsis a veritate Evangelica aberrantibus, oppositas, secundum propria meditata, hora IV — V. pomeridiana.

4. *Collegio Disputatorio* super theses Theologicas, diebus et horis supra dictis, adhibendas.

JOACHIMUS HENRICUS PRIES, *Theol. Prof. Ord. et ad aedem Sp. S. Pastor*, per instans semestre hora VII — VIII. matutina *Acta Apostolorum* explicabit, hora IX — X. *Historiam Ecclesiae* et religionis Christianae secundum Compendium Schroekianum enarrabit, hora X — XI. in interpretando *Pentateucho* perget, et hora II — III. pomeridiana *Theologiam Dogmaticam* trader. Per hiemen *Epistolas Pauli ad Romanos et Galatas* exponet, *Psalms* interpretabitur, et in Ernesti *institutionem interpretis N. T.* commentabitur.

IN



**IN FACULTATE
JURIDICA.**

D. WALTER VINCENT WIESE, *Jur. Prof.* praelectiones Academicas per instans semestre aestivum ita adornabit, ut hora 9 — 10. matutina *pandectas* duce Hellfeldio, hora 3 — 4. pomeridiana *jus criminale* praeunte Meistero, hora 5 — 6. vespertina *historiam Imperii Romano-Germanici* ad filium perillustris Pütteri explicaturus, insimulque hujus ultimi Antecessoris famigeratissimi principia *juris publici germanici* et *processus Imperii* scire cupidus explanare, promptum se paratumque exhibiturus sit.


Per semestre brumale in explicandis *pandectis* perget, et cupidae legum juventuti reliquas jurisprudentiae partes scitu necessarias, imprimis *Manuductionem ad auream* offert *praxin*.

Publicis tabulis initium harum praelectionum justo annuntiabitur tempore.

D. IO. CHRIST. ESCHENBACH, *Cod. Prof. Ord.* per semestre aestivum hora matutina VIII — IX. *institutiones* explicabit, compendio Heineccii ex editione Hoepfneri vsurus. Pariter in Meisteri principia *juris criminalis* et textum *juris Lubecensis* commentabitur hora auditoribus commoda, nisi his alia placeant.

Subsequenti semestri hiemali hora IX — X, *pandectas* duce Hellfeldio exponere inchoabit: nec non Hofackeri elementa *juris Romani* interpretabitur, et aut *elaborationibus theoreticis*, aut collegio *disputatorio*, aut *examinatorio in pandectas* aliquot horas impendet.

HER.



Iis quoque, qui manuactionem priuatissimam desiderant, operam suam pollicetur.

IN FACULTATÆ MEDICÆ.

CHRISTIANVS EHRENFRIED ESCHENBACH, artis salutaris partes potissimum practicas expositurus, secundum institutiones proprias, in lucem editas, iis, quorum interest, denuo praelegendas offert, si Deus vitam viresque largietur,

Pathologiam, et generalem, et specialem, in qua enodanda simul, quoties occasio sese repræsentat, momenta quædam anatomica atque physiologica, nec non, quæ ad materiam medicam, itemque ad dietam spectant, interferentur:

Chirurgiam, una cum doctrina de fasciis applicandis,

IN FACULTATE PHILOSOPHICÆ.

HENRICVS VALENTINVS BECKER, *Phil. D. et Prof. Ord. et ad Aed. Iac. Pastor, durante semestri aestiuo hora IX — X. Logices, et hora XI — XII. Iuris naturalis explicabit præcepta, nec non priuatissimis tempus dicabit institutionibus. A tempore Michaelis Metaphysicam, Philosophiam moralem, aliamque eruditionis partem, quam desiderauerint Auditores, interpretabitur. Præsertim optat, ut summam et veritatem Religionis, tam naturalis, quam revelatae, et utriusque connexionem proponendi ipsi data fuerit occasio.*

HER.

HERMANNVS IACOBVS LASIVS, *Graecae Litteraturae Professor P. O.* horis, sibi et DN. Commilitonibus commodis, tradet semestri aestiuo I.) Ritus et *Antiquitates Rom.* duce Nieupoorti Compendio; II.) Baumgartenii *Metaphysicam* explicare incipiet; atque in explicanda hac disciplina semestri hiberno perget. III.) tunc quoq. *Litteraturae Graecae* amantibus officia sua promte offert, nec non in scientiis philosophicis.

D. JACOBUS FRIDERICUS ROENNBERG, *Sereniss. Duc. Regnant. a Consiliis Aulicis et Prof. Moral. Publ. Ordin.*

Volente Deo, per Semestre aestiuum

Hora VII — VIII. *Philosophiam Moral.* duce Perill. Dariesio;

Hora IX — X. *Jus Publ. Germ.* praeunte Perill. Püttero; et

Hora II — III. post meridiem *Artem Rhetoricam* secundum principia Battoviana tradet.

Durante hieme autem


Hora VIII — IX. *Jus Publ. Germanicum*;

Hora IX — X. *Jus Naturae stricte sic dictum*;


Hora II — III. *Jus Criminale* explanabit.

GUSTAVUS SCHADELOOCK, *Philosophiae Doctor et Prof. P. O.* praeterquam quod variis operam dabit institutionibus priuatis, semestri aestiuo tres potissimum aperiet Scholas, in quarum prima h. IX — X. explicabit *Mathesin puram* praeunte Segnero, in altera h. X — XI. Theoriam *Perspectivae* propositis praeceptis ab ipso elaboratis, in tertia denique h. II — III. post meridiem *Logices* institutiones Coruini, additis iis, quae ab aliis aliter traduntur.

Per



Per hiemem *Metaphysicas* *Scientias*, atque utramque *Trigonometriam*, planam et sphaericam, exponer, neque alias *Scientias*, tam mathematicas quam philosophicas, tradere dubitabit studiosae iuuentuti, quippe cuius commodo suum tempus omne, quantum fieri potest, transmittendum semper curabit.



JACOBUS FRIDERICUS BOHNBERG, ...
Violence Deo, per ...
Hora VII — V ...
Hora IX — ...
Hora II — ...
Hora VII — ...
Hora IX — ...
GUSTAVUS SCHMIDT, ...